Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26825
Copyright: Admont, Benediktinerstift



mittit. At illa psallere in fornace cepit &
dicē. Adducent regi uirgines. Post ea proxime
adducent tibi in leticia & exultatione. Datia
nus qui ante fores deambulabat pretorii. & proxi
mus locus erat ubi fornax ardebat. Cumque stans
uirginem psallentem audisset. ait suis. Puto
uicti sumus. hec uirgo perdurat in malis. Ne
autem gloriari se putet. ducite eam & scurrunem
uidete. & eam antequam patiatur decaluatam &
discinctam per publicum ducite. ut eius uirginitas
reueletur. Culalia R. Licet ignominiam intra
suscipiens decaluata & discincta ad defor
mitatem pueni. noui tamen pro quo patior. & quem
admodum ate deus iustam uindictam exigat in
mice iusticie. Datianus dixit. Ergo si times
ad deformitatem uenire. accede & immola
diis. Culalia R. Ego immolabo domino sacrifici
um laudis. & uictimam iubilationis. Datianus
dixit. Ducite & decollate uerbosam. occidite
noxiam. auferte a boclis meis perditam. Culalia
hec audiens ait. Nota tibi faciem meam & uultum
ne pereat ate. ut cum uenero accusare te ante
thronum iudicis recognoscas faciem meam in
illa die. Tunc multi territi & compuncti cor
de discesserunt. & in domino crediderunt. Culalia
autem extra ciuitatem decollata est. & quando percus
sa est caput eius desiliit ab ea. & exiuit de cor
pore eius quasi columba. Sepeliuit autem eam dona
tus presbiter qui eam primus ad martyrium confortauerat.
Celebratur igitur passio eius. ii. idus febr. Prestante domino
n. i. x. q. c. p. & s. s. u. & r. d. p. o. s. s. Amen.

Passio sancte Fusce virginis

Temporibus illis
cum magne mirum uirtu
tes per uniuersum mundum
refulgerent. Fusca a pa
rentibus paganis nata.
audiens fide domini nostri
ihesu xpi animo facta est
xpiana. Erat. n. annorum
xv. cum spiritus sanctus flauit in
cor eius. & uocauit ad se doctam suam mauram dixitque
ei. Si mihi consenseris ut credamus xpo filio dei.
erimus uasa sancta. & in illa uita cum illo regnabi
mus. & abinuicem non separabimur. Cum pariter ad sanctum
nocte hermolaum ut me baptizet. & nemini
hoc dixeris. Sancta maura R. Si merear & ego
famula tua credere in xpo in quem tu cre
didisti. Nocte autem eadem surgentes uenerunt
ad dei sacerdotem hermolaum. & baptizauit
eas. & crediderunt in xpm filium dei. Post hec
cognouit pater & mater quia dereliquerant ido
la. & xpianas se esse constituerant. & turbati
sunt parentes eius. & fuit luctus immoderatus.
Dolebant. n. multum. quia unica erat pater. Ve
nientes autem parentes eius uolebant eam ab in
tentione religionis reuocare. Sancta fusca
dixit eis. Verus est deus xpianorum. & dii uestri ido
la muta ab homine facta. credentes in se perde
re possunt. saluare minime possunt. Se
roi uero pater eius ualde est iratus. & misit eas in
carcerem. putans pena terreri quas blandimentis
superare non poterat. & per tres dies cibum eis
dare non precepit. Post hec dolens filiam suam mi
sit ad eas matronas. & alias coetaneas puel
las que eas a fide xpi cessare facerent. sed mi
nime eas seducere potuerunt. quia dominus deus con
fortabat eas credentes. Videntes uero paren
tes quia eas decipere non poterant. uenerunt
ad filiam suam & dixerunt ei. Filia nostra fusca au
di nos & recede ab hac stulticia. & reuoca
mentem tuam ad dominos patrie tue & non derelin
quas tuos. quia unica nobis es. Ecce nos cela
bimus malum quod fecisti. sed quintianus presses si
audierit quod in hac fide persistas. morte
morieris. quia credis in xpm qui intra passio
nem sustinuit. & quem iudei in cruce dampnaue
runt. Sancta fusca R. Xpc pro nobis passus est ut
nos a passionibus inferni liberaret. & mortem
sponte pro nobis suscepit. ut nos a morte secunda
liberaret. & uictor tercia die a mortuis re
surrexit. Hominem uero quem pro nobis suscepit.
in celum post mundi uictoriam reportauit. & ex
pectamus eum in fide mundi iudicem uiuorum
& mortuorum. reddere unicuique iuxta opera sua.
Nam dii uestri quos colitis demones esse comprobantur.
& idola surda & muta ex quolibet metallo ma
nu hominis fabricata. Audiens seroi pater eius iratus
est ualde. & dixit ad eam. Per dominos magnos quia
si non audieris parentes tuos. & si non sacrifica
ueris diis ante quam quintianus ueniat. male
te finiam. cum ea que tibi socia dinoscitur. Sancta
fusca R. Audi me pater & recede a cultura dominorum
& crede in dominum ihesum xpm qui fecit celum & ter
ram. mare & omnia que in eis sunt. Seroi pater eius
dixit. Filia fusca non audisti quantos uiros &
mulieres quintianus interfecit. qui huius religionis
sunt. Sancta fusca R. Stultus timor est. ut plus ti
meatur humana potestas quam diuina. Dii uero
uestri sicut dixi & dico marmorea. sculptilia &
erea sunt. omnis qui credit in eis non habebit re
missionem peccatorum suorum. sed cum eis erit cruci
andus in eterno igne. Audiens autem hec pater
eius furore commotus arripuit gladium. & uoluit